

- ων και ἀλόγων τὸν τοιοῦτον βλον ἡγούμενος, ὁ μὴ μόνον μὴ ποιεῖν, ἀλλ'
- U 102 οὐδὲ λέγειν ἢ μιμεῖσθαι τοὺς ἄλλους προτρέπων, <ὁ> οἷς ἂν τις ἀπομαξάμενος
ἦθη πονηρὰ κακὸν τι μέγα ἐν τῇ αὐτοῦ ψυχῇ λάθοι, ξυνιστάς. τί ἀναι-
σχυντότερον, τί βδελυρώτερον, τί τῇ ἀληθείᾳ ἐναντιώτερον, ὧν ὁ συκο-
φάντης οὗτος τοῦ σώφρονος τούτου ἀνδρὸς ἀδίκως κατηγορεῖ; ὅρα γὰρ οἷα δ
και ἐν τοῖς Νόμοις περὶ τῶν αὐτῶν τούτων Πλάτων διδάσκει. ὅπου οὐ
- V 166 παραινεῖ μόνον οὐδὲ συμβουλεύει, ἀλλὰ νομοιοθετεῖ και ἐπιτάττει και ἢ
πεῖθει ἢ ἀναγκάζει, τοῖς μὲν εὐπειθέσι τῶν νόμων τιμὰς ἀπονέμων, τοῖς
δὲ δυσπειθέσι δίκας τακτὰς ἐπιτιθεῖς. ἐν τοίνυν τῷ πρώτῳ τῶν Νόμων
περὶ ἡδονῆς και ἀφροδισίων τὸν λόγον ποιούμενος, τὴν μὲν ἀρρένων και 10
θελειῶν γενέσεως ἕνεκα κοινωνίαν κατὰ φύσιν ἀποδεδύσθαι φησί, »τὴν
δ' ἀρρένων πρὸς ἀρρένας ἢ θελειῶν πρὸς θηλείας παρὰ φύσιν τε εἶναι και
τῶν πρώτων τὸ τόλμημα εἶναι δι' ἀκράτειαν ἡδονῆς«. ὅπου και σημειωτέον,
τὸ μὴδὲ τὴν ἀρρένων και θελειῶν κοινωνίαν ἄλλως δοκεῖ συγχωρεῖν ἢ
γενέσεως ἕνεκα. δ και σαφέστερον ἐν τῷ ὀγδόῳ δηλοῦται. ἐπιτάττει γὰρ 16
ἐκεῖ ἀπέχεσθαι »ἀρούρας θηλείας πάσης, ἐν ἣ μὴ βούλοισ' ἂν σοι φύεσθαι
τὸ σπαρένα«. οὕτω και περὶ γάμους αὐτοῦς τῷ τῆς ἐκκλησίας θεσμῷ συνα-
δὸς Πλάτων οὐδενὸς ἄλλου ἕνεκα ἢ τῆς ἐκ γόνων γενέσεως συγχωρούσης
τὸν γάμον. ὁ οὖν θήλειαι μὴ ἄλλη συγχωρῶν κοινωνεῖν ἢ γενέσεως ἕνεκα
- U 102^v παίδων, σχολῇ γε τὴν παρὰ φύσιν ἀρρένων πρὸς ἀρρένας μῖξιν, ἣν παρὰ 20
φύσιν τε καλεῖ και θηριώδη και ἀκρατείας γέννημα και δυστυχίας ἀπάσης
μητέρα, ἢ ἑτέροις συνεχώρησεν ἢ αὐτὸς φεῦ τῆς βλασφημίας ἐπετήδευσεν
ἂν; ἐπιφέρει δὲ και τοῖς εἰρημένοις ἐν τῷ πρώτῳ· »δύο γὰρ αὐταὶ πηγαὶ
μεθεῖνται φύσει ρεῖν«, τὴν ἡδονῶν και λυπῶν λέγων, »ἂν ὁ μὲν ἀρυτό-
μενος ὄθεν τε δεῖ και ὅποτε και ὅποσον εὐδαιμονεῖ, και πόλις ὁμοίως και 26
- B 71 ἰδιώτης και ζῶον ἅπαν, ὁ δ' ἀνεπιστημόνως ἅμα και ἐκτὸς τῶν καιρῶν
τάναντία ἂν ἐκείνῳ ζῆ. « και αὖ· ἕκαστος ἡμῶν εἰς ὧν δύο ἐν αὐτῷ
κέκτηται »ξυμβούλω ἐναντίω τε και ἀφρονε, ὧ προσαγορεύομεν ἡδονὴν και
λύπην.« »πρὸς δὲ τούτοις ἀμφοῖν αὖ δόξας μελλόντων, οἷν κοινὸν μὲν ὄνομα
ἐλπίς, ἰδιὸν δὲ φόβος μὲν ἢ πρὸ λύπης ἐλπίς, θάρρος δὲ ἢ πρὸ τοῦ ἐναν- 30
τίου. ἐπὶ δὲ πᾶσι τούτοις λογισμὸς, ὅ τί ποτ' αὐτῶν ἄμεινον ἢ χειρόν.«
- V 166^v εἶτα τὴν λογισμοῦ ἀγωγὴν χρυσῆν τε και ἰερὰν εἶναι φησι. πόλιν τε και
ἰδιώτην τῇ τούτου ἀγωγῇ ἐπομένους και οὕτω ζῶντας κρείττους τε ἑαυτῶν
γίνεσθαι και εὐδαιμονας δύνασθαι.
- 10 »Ἐν τε τῷ δευτέρῳ τῶν Νόμων δύο τινὲ εἶναι βίω φησίν, οἷν τὸν 35
μὲν ἡδιστον, ἄτερον δὲ δικαιοτάτον εἶναι. και τοὺς μὲν τὸν δικαιοτάτον
βλον βιοῦντας εὐδαιμονεστάτους εἶναι, τοὺς δὲ τὸν ἡδιστον ἀνευ ἀρετῆς
ἦκιστα. και αὖ· »ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνὴρ, σώφρων ὧν και δίκαιος, εὐδαίμων
- U 103 ἐστὶ και μακάριος, εἰάν τε μέγας και ἰσχυρὸς εἰάν τε μικρὸς και ἀσθενῆς
ἦ, και εἰάν πλουτῶν και μὴ· εἰάν δὲ ἄρα και πλουτῆ μὲν Κινύρα τε και 40

4/6 συκοφάντης B V M μῶμος U | 16 βούλοισ' Hermann corr. in βούλοιο | 27 αὐτῷ
U V αὐτῶν B M | 29 πρὸς U V πρὸ B M, corr. U* ex πρὸς | 41 πλουτῶν U B V πλουτῆ
Burnet | ἄρα και U B V | Burnet om. και

an voluptatis reus agi debeat, qui ita de voluptate loquitur, qui vitam voluptati deditam brutorum et pecudum esse arbitratur, qui non modo, ne quis aliquid foede aut turpiter agat, verum etiam ne loquatur quidem aut fingat rem turpem, vetat et prohibet. Quid autem in libris quoque
 5 de Legibus de eadem re docuerit, quaeso animadvertite. Non modo enim illic hortatur et monet, verum etiam iubet et forma legum praescripta unumquemque ad virtutis officia impellit et cogit, honorem statuit probis, supplicia improbis, ut alteri virtutem ardentius colant, alteri vel inviti servent honestatem. Primo itaque libro de Legibus, cum de rebus venereis loqueretur,
 10 coniunctionem maris et feminae legitimam naturalemque esse dicit, utpote a natura ad liberorum procreationem concessam. At maris cum mare aut feminae cum femina contra naturam esse dixit, summumque et nefandum luxuriae scelus. Quo loco plane ostenditur non modo rem turpem atque illicitam prohiberi, sed etiam legitimam maris et feminae coniunctionem
 15 non alia quam procreandae subolis causa concedi. Quod apertius etiam octavo eiusdem libri volumine exponitur, ubi praecipit debere quemque ab omni femina tellure abstinere, in qua oriri nolit, quod seminatum sit. Itaque Plato in rebus etiam venereis nequaquam a legibus et institutis nostrae religionis dissentit. Quodsi maris etiam cum femina coniunctionem
 20 non aliter concedit quam procreandorum liberorum gratia, quomodo dirum illum atque nefarium coitum adversus naturam, suum etiam sexum profanantem, quem ipse quoque contra naturam esse fatetur et scelus ferum ac summae miseriae causam nominat, vel permisisset aliis vel ipse commisisset? Ad haec: »Duo isti, inquit, voluptatum dolorumque fontes ut a
 25 natura profluant, permissum est, ex quibus qui, quem ad modum et quando et quantum oportet, haurit, sive civitas universa sive privatus civis seu quodlibet animans id fuerit, felicitatis suae modum consequatur, necesse est, at qui imperite inopportuneque haurit, in summa miseria atque infelicitate vivat, oportet.« Item: »Unusquisque nostrum, quamquam unus est,
 30 duos tamen intra se comites habet, quorum consilio utitur, utrumque amentem et alterum alteri contrarium. Nomen huic voluptas, illi dolor est. Singulos praecedunt futurorum opiniones, quarum nomen commune spes est, proprium eius, quae dolorem praecedit, timor, eius, quae voluptatem, fiducia. Haec omnia praecedit ratio diiudicans, quid melius aut
 35 deterius sit rationis.« Deinceps consilium aureum fortunatumque esse ait, ac homines privatim et publice huic obtemperantes virtute praestare vitamque felicissime agere.

Quin etiam secundo eius operis libro duplex esse vitae genus scribit, 10 alterum iucundissimum, iustissimum alterum. Et qui vitam vivunt iustissimam, 40 eos felicissimos esse, contra qui iucundissimam sine virtute, eos esse miserrimos. Item: »Qui virtute praeditus vitam vivit, sua modestia, tempe-

9 Plat. Legg. I. 636 c. | 16 Plat. Legg. VIII. 839 a. | 28 Plat. Legg. I. 636 d. | 28 Platt. Legg. I. 644 c. | 85 cf. Plat. Legg. II. 662 d. | 88 Plat. Legg. II. 660 e.

Mohler, Kardinal Bessarion. II.

Μίδα μᾶλλον, ἢ δὲ ἀδικος, ἀθλιός τ' ἐστὶ καὶ ἀνιαρῶς ζῆν. « ἐν γε μὴν τῷ πέμπτῳ τίσιν ἐπιτηδεύμασι τιμᾶται καὶ ἀτιμάζεται ψυχὴ παραδιδούς, τὸ ταῖς ἡδοναῖς χαρίζεσθαι ἀτιμίαν εἶναι ψυχῆς φησι τούτοις τοῖς ῥήμασιν· οὐδ' ὀπόταν ἡδοναῖς παρὰ λόγον τὸν τοῦ νομοθέτου καὶ ἔπαινον χαρίζεται, τότε οὐδαμῶς τιμᾶ, ἀτιμάζει. δέ, τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν δηλονότι, κακῶν καὶ μεταμελείας ἐμπιπλᾶς αὐτήν. » καὶ ἐπιφέρει τὴν ψυχὴν εἶναι θειότερον κτῆμα, πάντα τε τὸν ἐπὶ γῆς καὶ ὑπὸ γῆν χρυσὸν ἀρετῆς μὴ εἶναι ἀντάξιον. καὶ μετὰ τινὰ τὴν περὶ τὰς ἡδονὰς καὶ λύπας ὀρθότητα παραδιδούς καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἡδονὴν μὲν βούλεσθαι, λύπην δὲ μὴ αἰρεῖσθαι διδάξας καὶ τῶν βίων, ἐν ᾧ μὲν εἰσὶν ἡδοναὶ καὶ λῦπαι, πλείους δὲ αἰ 10 ἡδοναὶ τῶν λυπῶν, τοῦτον αἰρεῖσθαι, ἐν ᾧ δὲ αἰ λῦπαι τὰς ἡδονὰς ὑπερβάλλουσι, τοῦτον μὴ βούλεσθαι, εἶτα τοὺς αἰρετοὺς καὶ φευκτοὺς βίους ἐκθέμενος, σὺν τοῖς ἄλλοις καὶ τὸν μὲν σώφρονα βίον αἰρετὸν, τὸν δ' ἀκόλαστον φευκτὸν εἶναι τίθεται, ὡς ἐκεῖνον μὲν πλείους τὰς ἡδονὰς, ἐλάττους δὲ τὰς λύπας ἔχοντα, τὸν δ' ἀκόλαστον ταῖς λύπαις μᾶλλον ἢ ταῖς ἡδοναῖς 15 πλεονάζοντα, οὕτως λέγων· »σώφρονα μὲν οὖν βίον ὁ γινώσκων θήσει U 103^v πρῶτον ἐπὶ πάντα, καὶ ἡρεμαίας μὲν λύπας, ἡρεμαίας δὲ ἡδονὰς, μαλακὰς δὲ B 71^v ἐπιθυμίας καὶ ἔρωτας οὐκ ἐμμανεῖς παρεχόμενον, ἀκόλαστον δέ, ὄξυν ἐπὶ V 167 πάντα, καὶ σφοδρὰς μὲν λύπας, σφοδρὰς δὲ ἡδονὰς, συντόνους δὲ καὶ οἰστρώδεις ἐπιθυμίας καὶ ἔρωτας ὡς οἶόν τ' ἐμμανεστάτους παρεχόμενον. ὑπερ- 20 βαλλούσας δὲ ἐν μὲν τῷ σώφρονι βίῳ τὰς ἡδονὰς τῶν ἀχθηδόνων, ἐν δὲ τῷ ἀκόλαστῳ τὰς λύπας τῶν ἡδονῶν μεγέθει καὶ πλήθει καὶ πυκνότησιν. ὅθεν ὁ μὲν ἡδίων ἡμῖν τῶν βίων, ὁ δὲ λυπηρότερος ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει κατὰ φύσιν γίνεσθαι, καὶ τὸν γε βουλόμενον ἡδέως ζῆν οὐκέτι παρέρκει ἐκόντα γε ἀκολάστως ζῆν. » καλεῖ δὲ κἂν τῷ ἕκτῳ τὴν περὶ τὰ ἀφροδίσια ἡδονὴν 25 διάπυρον ὡς ὄξυτάτην καὶ μανίαν καὶ ὕβριν. φόβῳ τε καὶ νόμῳ καὶ τῷ ἀληθεῖ λόγῳ κατέχειν αὐτὴν πειραῖσθαι καὶ εἰς τὸ βέλτιστον τρέπειν ἐπιτάττει.

11 « Ἐν τε τῷ ἐβδόμῳ· » ὁ μὲν ἐμός φησι λόγος οὐθ' ἡδονὰς δεῖν διώκειν τὸν ὀρθὸν βίον οὐτ' αὖ τὸ παράπαν φεύγειν τὰς λύπας, ἀλλ' αὐτὸ ἀσπάζεσθαι τὸ μέσον, ὃ νῦν δὴ προσεῖπον ὡς Ἰλεων ὀνομάσας, ἣν δὴ διάθεσιν καὶ θεοῦ κατὰ τινὰ μαντείας φήμην εὐστόχως πάντες προσαγορεύομεν. ταύτην τὴν ἕξιν διώκειν φημι δεῖν ἡμῶν καὶ τὸν μέλλοντα ἔσεσθαι θεῖον, μήτ' οὖν αὐτὸν προπετῆ πρὸς τὰς ἡδονὰς γινόμενον ὄλως, ὡς οὐδ' ἐκτὸς λυπῶν ἐσόμενον, μήτε ἄλλον, γέροντα ἢ νέον, ἔἴν πάσχειν ταῦτόν τοῦθ' ἡμῖν, 85 ἄρρενα ἢ θῆλυον. » κἂν τῷ ὀγδόῳ δὲ πρὸς ἄλλοις πολλοῖς καὶ καλοῖς, ὧν U 104 μετ' ὀλίγον μεμνησόμεθα, τοὺς μὲν »ἡδονῶν νίκης ἐγκρατεῖς« εὐδαίμονας, τοὺς δὲ »ἠττωμένους τούναντίον ἅπανα« εἶναι φησιν. ἀπέχεσθαι τε δεῖν τοὺς εὖ ζήσειν μέλλοντας οὐ μόνον »ἀρρένων ἀφροδισίων πάμπανα«, ἀλλὰ

5 τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν δηλονότι *Bessarionis verba*. | 28 ἡμῖν *Burnet* ἡμῶν U B V

4 Plat. Legg. V. 727 c. | 6 cf. Plat. Legg. V. 726, 728 a. | 8 cf. Plat. Legg. V. 733 a—d. | 16 Plat. Plat. Legg. V. 733 e—734 b. | 26 cf. Plat. Legg. VI. 783 a. | 29 Plat. Legg. VII. 792 c d. | 87 Plat. Legg. VIII. 840 c. | 88 Plat. Legg. VIII. 841 d.

rantia, iustitia felix beatusque est, sive magno et praevalido corpore sit sive parvo atque imbecilli, et sive dives sit sive pauper. Si vero opibus plus etiam quam Cinyras ille aut Midas excellit, iniuste autem vivit, profecto infelix est omnemque vitam acerbissimam ducit.« Quinto etiam libro dum, 5 quibus officiis colatur animus, quibus vitiis neglegatur, exponit, voluptatis usum neglectum ac dedecus animo parere his verbis declarat: »Quin etiam quoties voluptatibus praeter legis et laudis rationem indulget, minime animum colit, immo spernit et igominia afficit, cum scilicet malis paenitendisque facinoribus eum patitur compleri.« Mox addit animum esse rem 10 omnium, quas homo possidet, maxime divinam, nec aurum omne, quod sub terra supraque terram est, cum virtute esse aequiparandum. Tum voluptatum dolorumque rationem describit et vitae genera atque hominum voluntates, complexus, negotia exponit, quae vita deligenda, quae vitanda sit demonstrat, modestam ac temperantem deligendam censet, luxuriosam vitandam, plus 15 etiam voluptatis in temperantia et castitate, plus doloris in luxuria et libidine esse his verbis existimat: »Qui recte iudicat, vitam continentem ac temperantem statuet in unaquaque re placidam esse atque tranquillam. Habet enim haec vivendi ratio tum dolores, tum voluptates moderatas ac mediocres, cupiditates etiam leves et amores non effrenatos aut furi- 20 bundos. Luxuriosam autem contra in unaquaque re inquietam ac perturbatam vehementes habere tum dolores, tum voluptates, cupiditates intensas atque insanas, amores urgentes et supra, quam dici potest, inflammatos. Voluptates etiam in temperantia plures esse quam dolores, in luxuria autem contra tum amplitudine, tum etiam copia aut continuatione. Unde 25 fit, ut vita altera iucundior, altera acerbior necessaria naturae ratione sequatur. Qui itaque laete et iucunde vivere cupit, caveat, ne vivat luxuriose.« Ad haec libro sexto voluptatem veneream incensam dicit, quo verbo acumen vitii et temeritatem et furorem significat. Quem impetum incensum modo ratione moderandum, modo metu legum cohibendum praecipit.

80 Et septimo libro: »Mea, inquit, sententia est, ut recte vivendi ratio 11 nec voluptates appetere nec dolores omnino vitare debeat, sed mediocritatem quandam servare et colere, quod nunc leviter mihi nomine exposui. Quam quidem animi dispositionem dei etiam esse quadam celebris oraculi fama recte ab omnibus existimari potest. Hanc igitur habitus mediocritatem 85 expeti ab eo, qui divinus futurus est, censeo oportere, suumque arbitrari officium, non modo ne ipse voluptatibus se permittat, quibus potiri non sine dolore potest, verum etiam ne alium vel seniore vel iuniorem sive marem sive feminam ita affici patiatur.« Ita suos homines ad virtutem hortabatur Plato, ut suis etiam diis, his scilicet inferioribus et regioni 40 aëreae praesidentibus, quibus et voluptates et dolores accidere gentiles putabant, eos cuperet aequari. Atqui libro octavo praeter alia pleraque necessaria, quae paulo post proferemus, homines inquit »continentes et voluptatum victores« felicissime triumphare, molles autem et a voluptatibus

μηδὲ »γυναικῶν ἐλευθέρων πλὴν τῆς ἑαυτοῦ γαμετῆς γυναικός« ἀπτεσθαι, μήτε μὴν »ἄθυτα παλλακῶν σπέρματα καὶ νόθα σπείρειν«. καὶ τῷ ἐννάτῳ θανάτου τιμᾶται οὐ μόνον τοὺς παῖδά περὶ τὰ ἀφροδίσια, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐλευθέρων γυναικῶν βιαζομένους. καὶ ἄνδρα τὸν κτείναντα τὸν τὴν αὐτοῦ γαμετὴν βιαζόμενον καθαρὸν νόμῳ θεσμωθετεῖ. ἐν τε Φαίδωνι σώφρονά 6 φησιν εἶναι οὐ τὸν ἡδονὰς πρὸς ἡδονὰς ἀντικαταλλαττόμενον, φόβῳ τε τοῦ μὴ ἄλλων ὧν ἐπιθυμοῦσιν ἡδονῶν στερηθῆναι ἄλλων ἀπεχομένους, κρατου-

V 167^v μένους δὲ ὑπὸ ἄλλων. ὅπερ καὶ οἱ κόσμιοι δοκοῦντες εἰκόθασιν πάσχειν.

B 72 κρατούμενοι ὑφ' ἡδονῶν, ἄλλων ἡδονῶν κρατοῦσιν, ὡς δοκεῖν δι' ἀκολασίαν σεσωφρονίσθαι. οὐ τὸν τοιοῦτον οὖν εἶναι σώφρονα, οὐ μὲν οὖν, ἀλλὰ τὸν 10 πάντα τᾶλλα φρονήσεως ἀντικαταλλαττόμενον καὶ μετὰ φρονήσεως ἢ ἀπεχόμενον ἡδονῶν ἢ χρώμενον, ἐκεῖνον εἶναι τὸν σώφρονα. καὶ τοῦτο ἀληθῆ ἄρετὴν εἶναι, τὰ δ' ἄλλα σκιαγραφίαν ἀρετῆς εἶναι καὶ οὐδὲν ὑγιὲς οὐδὲ ἀληθές. καλεῖ δὲ καὶ Θεαιτήτῳ τὴν πορνείαν »ἄδικον καὶ ἀτεχνον ἀνδρός καὶ γυναικός συναγωγὴν«, καὶ τὴν προαγωγίαν ἐπονείδιστον εἶναι. καὶ διὰ 16 τοῦτο τὰς μαίας σεμνάς γε οὔσας καὶ τὴν προμνηστικὴν φεύγειν φοβου-

U 104^v μένας μὴ εἰς τὴν προαγωγίαν αἰτίαν διὰ τὴν προμνηστικὴν ἐμπέσωσιν. ἐν τε Φαίδρῳ τετραπόδοις εἰκάζει τὸν ἀκόλαστον καὶ ὑβριστὴν αὐτὸν καὶ ἀνάισχυντον καὶ τὴν παρὰ φύσιν ἡδονὴν καρπούμενον λέγει. ὅσα τε ἄλλα κατὰ τοῦ ἀίσχρου ἔρωτος ἐκεῖ σωφρονέστατα δημιουργεῖ, ἐροῦμεν ἐν ἐκεῖ- 20 νῳ τῷ τόπῳ γενόμενοι, ὅπου τὰς ἐξ αὐτοῦ Φαίδρου συκοφαντίας τοῦ κατηγοροῦ ἐλέγξομεν.

12 Καὶ μὴν καὶ ἐν Γοργίᾳ τοῦ κατὰ τὸν συκοφάντην τοῦτον ῥητορικὴν ἡσκηκότος Καλλικλέους ταῖς ἡδοναῖς ἐφιέντος καὶ »πᾶσαν τρυφήν καὶ ἀκολασίαν καὶ ἐλευθερίαν, ἐὰν ἐπικουρίαν ἔχη«, »τοῦτ' εἶναι ἀρετὴν« καὶ 25 εὐδαιμονίαν τιθεμένου καὶ τὰς ἐπιθυμίας οὐ κολαστέον, εἰ μέλλοι τις οἶον δεῖ εἶναι, ἐατέον δὲ αὐτὰς ὡς μεγίστας γίνεσθαι ἰσχυριζομένου Σωκράτης ἐπιπλήττει καὶ τὸν τετρημένον τῶν Δαναίδων πλῆθον τοῦτ' εἶναι φησὶ τὴν τῶν ἡδονῶν ἀπλησίαν καὶ τῆς ψυχῆς »τὸ ἀκόλαστον καὶ μὴ στεγανὸν« σημαίνειν. παραινεῖ τε ἀντὶ τοῦ ἀπλήστως καὶ ἀκολάστως ἔχοντος βίου τὸν 80 κοσμῶς καὶ τοῖς ἀεὶ παροῦσιν ἱκανῶς καὶ ἐξαρκούντως ἔχοντα βίον ἐλέσθαι. καὶ προῖων μετὰ πολλὰ συμπεραίνει τὸν μὲν σώφρονα καὶ δίκαιον καὶ τᾶλλα ἀγαθὸν ἄνδρα εἶναι τελέως εὖ τε πράττοντα καὶ μακάριον καὶ εὐδαίμονα, τὸν δὲ πονηρὸν καὶ ἀκόλαστον καὶ τῷ σώφρονι ἔχοντα ἐναντίως τοῦτον δὲ κακῶς πράττειν καὶ ἄθλιον εἶναι. καὶ τὸν βουλόμενον εὐδαίμονα 85

V 168 εἶναι σωφροσύνην μὲν δεῖν διώκειν τε καὶ ἀσκεῖν, ἀκολασίαν δὲ φεύγειν, ὡς ἔχει ποδῶν ἕκαστος.

13 Οἷς καὶ θαυμάζειν ἔξεστι τὸν ἄνθρωπον τοῦτον οἰόμενον λήσειν
U 105 7 ὧν U] B V M om. | 28 τὸν συκοφάντην τοῦτον B V M] U^x corr. ex Γεώργιον
B 72^v

2 cf. Plat. Legg. IX. 874 c. | 5 cf. Plat. Phaedr. 69 a b. | 14 Plat. Theaet. 150 a, | 18 cf. Plat. Phaedr. 250 e. | 28 cf. Plat. Gorg. 492 a—d. | 27 cf. Plat. Gorg. 493 a—c. | 82 cf. Plat. Gorg. 507 c.

18 Ac correxi sec. Graec. At could. et edit. | 80 describeret could. describunt edit.

pessumdatos instar mancipiorum duci infelices et miseros. Cavere etiam eos, qui bene beateque vitam agere volunt non modo a maris, sed etiam a mulieris innuptae nefanda libidine, nec »aliam quam suam quemque uxorem pertingere«, nec »spurios procreare et genitale semen irreligiose mandare paelicibus«. Nono etiam non modo eum, qui cum puero, sed etiam, qui cum muliere innupta se miscuerit, mortis supplicio condemnat. Adulterum etiam lege sanxit impune occidi a viro posse. In Phaedone autem temperantes dicit non eos, qui voluptates cum voluptatibus permutant, nec eos, qui timore quodam, ne aliis quas cupiunt voluptatibus 10 priventur, ab aliis abstinent et ab iis, quas appetunt, tenentur. Quod etiam his usu venit, qui prae se ferre modestiam videntur. Superant enim aliqua genera voluptatum, cum tamen ab aliis superentur, ut plane propter luxuriam atque libidinem alteram temperantes esse in altera videantur. Ergo non tales temperantes esse, sed eos, qui omnem voluptatem 15 prudentiae rationique postponunt et officio debito vel omnem voluptatis usum despiciunt vel honeste admittunt. Hos temperantiam colere et vera intemerataque virtute decorari, ceteros lineas quasdam atque umbras habere virtutis, non veritatis aut integritatis speciem possidere. Ac in Theaeteto coitum illicitum iniuriam vocat et inertem coniunctionem, lenocinia etiam 20 probro dat, et obstetrices honestissimas recusare auspicum officium dicit, ne forte incidant lenocinii finitimam culpam. In Phaedro quoque hominem luxuriae deditum pecudi similem dicit et flagitiosum, impudentem, voluptatis non naturalis avidum vocat. Multa etiam alia refert contra inhonestum turpemque amorem, de quibus tunc dicemus, cum ad eum locum ventum 25 erit, in quo adversarii calumniae, quas impudenter ex eodem sermone fingit, refellendae erunt.

Ceterum in Gorgia Calliclem Socrates vehementer reprehendit, quod 12 dicendi facultatem ita tractaret, ut nihil laudare posse videretur, nisi quod voluptatem praestaret, et deliciis, luxuria atque licentia, modo tute percipi 80 possent, virtutem felicitatemque describeret, nec modum cupiditatis aut voluptatis ullum statueret, sed quo affluentius voluptates undecumque possent hauriri, eo meliorem beatioremque agi vitam contenderet. Dolium hoc esse illud Danaidum facete Socrates dicit inexplebilem istam voluptatum satietatem et animi luxuriam atque effrenatam libidinem, monetque, ut pro 85 vita lasciva et libidinosa, quam laudat, modestiam deligat et paucis contentus sobrie honesteque vivat. Tum pluribus interiectis hoc postremum addit, ut homo temperans, iustus et reliquis virtutibus praeditus perfecte absoluteque felix sit et compos bene beateque vivendi, luxuriosus autem, iniustus, improbus sit miser atque infelix. Itaque eum, qui felicitatem optat, temperantiam ex 40 petere oportere, luxuriam vero devitare et, quam magis veloci ac praecipiti cursu potest, aufugere.

Ex quibus fit, ut adversarii imprudentiam satis admirari non possim, 13 quod contra veritatem manifestissime disserens latere se posse existimaverit.

τάναντιώτατα τῶν ὄντων λέγοντα, καὶ οἷς πανταχοῦ τῶν ἑαυτοῦ λόγων Πλάτων ἀριστά τε καὶ θειότατα καὶ τῆς ἑαυτοῦ φιλοσοφίας καὶ σωφροσύνης ἀξίως δημηγορεῖ. καὶ γὰρ ἐστὶν [εἷς] οὐδὲ εἷς τῶν αὐτοῦ λόγων, οὐδὲ μὴ τούτοις τε καὶ τοιούτοις νοήμασι καταπεπύκνωται θείοις, σωφροσύνην μὲν καὶ καρτερίαν καὶ ἐγκράτειαν ἐπαινοῦντος, ἀκολασίαν καὶ ἀκρά- 5 τειαν λοιδοροῦντος, κάκεῖνα μὲν εὐδαιμονίας τε καὶ μακαριότητος, ταῦτα δὲ δυστυχίας καὶ ἐσχάτης ἀθλιότητος αἷτια εἶναι δεικνύντος, καὶ πρὸς μὲν τὰ πρῶτα προτρέποντος, ἀπὸ δὲ τῶν ἐτέρων πάσῃ σπουδῇ καὶ μεθόδῳ τοὺς ἀκροατὰς ἀποτρέποντος. ἀλλὰ τὸ μὲν Λατίνους οἰεσθαι λήσειν καίτοι μοχθηροῦ ἀνδρός, ὃν (δῆλον) ψεύδεσθαι ἀφειδῶς διὰ τὸ τοὺς ἀκούοντας 10 ἀγνοεῖν τοὺς ἐλέγχους, θμῶς οὐκ ἀνοήτου ἂν εἴη ἀνδρός, ἢ μὴ ἐχόντων πάντα τὰ κείνου ἢ μηδὲ πάνυ τοι οὐδὲ περὶ αὐτοῦ ἔχοιεν σπουδαζόντων. Ἕλληνας δὲ λήσειν οἰόμενος μῶρον τε καὶ ἀνόητον πρὸς τῇ μοχθηρίᾳ πεποίηκεν ἔργον. καὶ διὰ ταῦτα παρὰ πόδας δώσει τὴν δίκην.

- 14 Ἄρκεσθέντες τοίνυν τοῖς προενηνεγμένοις τῷ Πλάτωνι ὅσον κατὰ γε 15 τοῦτο τὸ μέρος, ἵνα μὴ τις ἡμᾶς ἀπειροκαλίας γράφηται πάντα ἐξῆς ἀναλεγόμενος, καὶ μάρτυρας τοῦ σώφρονος αὐτοῦ βίου ἐστὶν οὐς ἐπικαλεσόμεθα οὐκ εἰρηκότα μόνον τὰ γε τοιαῦτα, ἀλλὰ καὶ κατὰ ταῦτα βεβιωκότα δεικνύντας. Ἕλλήνων μὲν οὖν τοὺς αὐτῷ ταῦτα μαρτυροῦντας ἀπείρους τὸν ἀριθμὸν ὄντας παρήσομεν, μὴ καὶ ὁ βάσκανος οὗτος φαίη τοὺς Ἕλληνας 20 φθόνῳ τῷ πρὸς Ἀριστοτέλην ὑπέριμετρα τὸν Πλάτωνα ἐπαινεῖν. Λατίνων δ' ἐστὶν οὐς παραγαγόντες διὰ βραχέων τὸ προκείμενον δείξομεν. ἀλλ' ὅσα μὲν περὶ τῆς γεννήσεως Πλάτωνος, ὡς ἡ μήτηρ αὐτῷ Περικτιόνη ἐκ τινος δαιμονίου κυνήσειε μίξεως καὶ πρὶν τῷ ἀνδρὶ συνελθεῖν τέκοιεν, καὶ ὡς ἔτι βρέφους ὄντος ἐσμὸς μελισσῶν ἐπὶ τῶν χειλέων καθίστειε καὶ συχνὸν 25 βομβήσας εἰς ὕψος ἀναπτᾶιη, καὶ ὡς Σωκράτης ὄραμα ἴδοι κύκνον ἄπτιλον ἐπὶ τῶν αὐτοῦ γονάτων καθίσαντα, εἶτα πτεροφυήσαντα ἀλιθέρην ἀναπτᾶιη λιγυρὸν ἄδοντα καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Πλάτωνα αὐτῷ συστῆναι, κάκεῖνος πρὸς τοὺς ἐταίρους εἶποιε τοῦτον εἶναι ὃν ἐώρακε πετόμενον κύκνον, κοινῶς ὑπὸ τε Ἑλλήνων καὶ Λατίνων περὶ αὐτοῦ λεγόμενα, ταῦτα μὲν ἐάσω. ὡς 30 B 73 δ' ἐν Ἀκαδημίᾳ νοσερῶ χωρίῳ διὰ τοῦτο τὰς διατριβάς ἐποιεῖτο, ὡς ἂν τὸ σφριγῶν καὶ ἀκμάζον τοῦ σώματος παιδαγωγούμενον τε καὶ ταπεινούμενον καὶ τὸ παθητικὸν τῆς ψυχῆς μέρος συνταπεινοῖ καὶ τῷ λογικῷ ὑπεῖκον ἀπεργάζοιτο, μὴ ταῖς ἡδοναῖς τε καὶ πάθεισι δουλεῖον, ἀλλὰ σωφροσύνη τε καὶ αἰδοῖ κοσμούμενον, πρὸς ἄλλοις ἀνάγνωθι καὶ τὸν ἱερὸν Ἱερώνυμον 35 ἐν τῷ κατὰ Ἰοβιανοῦ τοῦτ' αὐτὸ διίσχυριζόμενον καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸν οἰκῆσαι νοσῶδές τε καὶ λοιμῶδες χωρίον λέγοντα, ἵνα τὰς τῆς μανίας ὀρμὰς ἀναστείλῃ καὶ παθῶν κρείττων αὐτὸς τε γένηται καὶ τοὺς μαθητὰς ἀπεργάσῃται μηδενὶ ἄλλῳ ἢ φιλοσοφίᾳ σχολάζοντας. πρὸς ὃ καὶ τὸν φιλο-

7 ἐσχάτης U V ἀσχάτης B M | 10 ψεύδεσθαι U B¹ V ψεύδεται B | 24 δαιμονίου B V M] U corr. ex θείας ἐπιφανείας | μίξεως B V M] U^x *suprascripsit* | 29 ἐταίρους U V ἐτέρους B M | 32 σφριγῶν *scripsi* σφριγοῦν *codd.*

35 Hieronym. Adv. Iovinianum II. 9 (Migne P. lat. 23, 298 B C).

Quis enim locus apud Platonem non plenus est laudibus continentiae, temperantiae, modestiae, constantiae, patientiae, tolerantiae? Quis non vitia reprehendit et reprimit atque ut virtute felicem, sic vitio miserum fieri unumquemque declarat? Quis postremo non ad virtutem hortatur et a
 5 vitiis retrahit summo studio, cura et vigilantia? An forte Latinos homines fallere se posse adversarius censuit? At ne Latini quidem auctoritatem tanti philosophi unius homuncionis verbis deiecere animis potuissent, et Graecos facile erat veritatem rei detegere et falsam atque iniustam criminationem confutare atque refellere. Sed omnia, quae pro sua divina sapientia de
 10 virtute et moribus Plato conscripsit, hoc loco repetere non est necesse. Rem enim immensam aggredieremur, et oratio voluminis modum nimis excederet.

Quapropter his, quae diximus, contenti posthac doctissimorum virorum 14 et omni virtutis genere illustrium testimonia petemus, qui Platonem ita
 15 vixisse memorant, ut virtutes, quas scribit et probat et laudat, omni vita sua excoluisse mirifice fateantur. Quo in loco Graecos auctores, qui vitam Platonis innocentissimam admirantur atque extollunt, sponte omittam, quamquam plurimos habeo, immo fere omnes, qui aliquid unquam scripsere, quod eo consilio facio, ne adversarius oblatrare possit auctores Graecos
 20 propterea uberius Platonem laudasse, quia Aristoteli inviderunt. Latinos dumtaxat testes citabo, de quibus nullam huiusmodi suspicionem mentiri obiurgator auderet. Verum quae de ortu Platonis tam a Latinis quam a Graecis auctoribus eodem modo narrantur, in praesentia praetereo, ut scilicet Perictiona mater, priusquam cum marito congregeretur, daemonis cuius-
 25 dam aspectu conceperit atque enixa fuerit, ut infanti, dum adhuc in cunabulis esset, examen apum circa ora praetervolans labellis insederit et, postquam aliquamdiu immurmuraverat, abiit, ut Socrates per quietem viderit cygnum primo involucrum suis genibus assedissee, mox vero volucrum factum suavissimo quodam cantu in caelum advolasse, postridie vero, cum Plato
 30 ad eum venisset seque illius doctrinae tradidisset, illis qui aderant dixerit hunc esse illum cygnum tam suave canentem, quem pridie per quietem viderat, — haec, inquam, omnia praetereo. At illud certe praetereundum non est ideo se Platonem in Academiam contulisse, locum non solum desertum, sed etiam pestilentem, ut partim cura et assiduitate morborum,
 35 partim solitudinis corporis irritamenta compesceret ac partem animi ratione expertem moderaretur rationique subiiceret sicque libidinis impetum frangeret et modestiam, continentiam, temperantiam sequens nullam aliam voluptatem quam studiorum sentiret. Haec enim de eo refert sanctissimus vir Hieronymus in eo libello, quem adversus Iovinianum eloquentissime scripsit.
 40 »Plato; inquit, cum esset dives et toros eius Diogenes lutatis pedibus conculcavit, ut posset vacare philosophiae, elegit Academiam, villam ab urbe procul, non solum desertam, sed etiam pestilentem, ut frequentia morborum simulque solitudine libidinis impetus frangeretur discipulique sui

- σοφίας ὄρισμὸν φέρειν τῷ Πλάτωνι κατὰ τε Ἑλληνας, κατὰ τε Λατίνους αὐτούς. τὸ γὰρ μελετὴν αὐτὴν εἶναι θανάτου καὶ τὸν φιλόσοφον, ὡς ἐν Φαίδωνί φησι, δεῖν θανατᾶν οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτο βούλεσθαι, οὐ τῆς μετὰ
- U 106 τοῦ σώματος δηλαδὴ κοινωνίας τὴν ψυχὴν ἀπολύειν — τοῦτο γὰρ καὶ κεκώ-
λυται καὶ οὐ δεῖ ἑαυτὸν ἐξάγειν, ὑπ' αὐτοῦ διδασκόμεθα — ἀλλὰ τῶν σωμα- 5
τικῶν παθῶν τούτων τὴν ψυχὴν ἀπαλλάττειν καὶ τῇ τῶν ὄντων θεωρίᾳ
ἐνασχολεῖσθαι μηδὲν τοῦ σώματος ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη προσαπτομένην.
- 15 Μακρόβιον ἐν τοῖς Χρονικοῖς ὁ βουλούμενος ἀναγνώτῳ περὶ τοῦ διττοῦ
θανάτου διδάσκοντα, τοῦ τε φύσει τοῦ τε κατ' ἀρετὴν, καὶ τὸν κατ' ἀρετὴν
ὑπὸ Πλάτωνος προστάττεσθαι λέγοντα. τοῦτον δὲ εἶναι τὸν συνημμένης 10
ἔτι τῷ σώματι τῆς ψυχῆς τὰς σωματικὰς ἡδονὰς διὰ φιλοσοφίας ἀπο-
V 169 πτύοντα καὶ πάσης τῶν παθῶν ἐνέδρας ὑπερανέχοντά τε καὶ γεγυμνωμένον.
ἀνάγνωθι ἐπὶ τούτοις τὸν θειότατον καὶ σοφώτατον Λύγουστίνον καὶ οὐκ
ἄνευ θαύματος ἀκούσῃ τῶν λεγομένων. οὗτος γὰρ καὶ μόνος καὶ ἡ αὐτοῦ
μαρτυρία ἱκανὴ ὡς ἀράχνην τινὰ διαλύσαι καὶ ὡσεὶ χνοῦν διασκεδάσαι πᾶσαν 15
τὴν τοῦ κατηγοροῦ βλασφημίαν. φησὶ γὰρ ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀληθοῦς Θρη-
σκείας ὁ θεῖος ἀνὴρ οὗτος καὶ τοὺς φοιτητὰς διδάσκειν τὸν Πλάτωνα τῶν
περὶ τὰ ἀφροδίσια ἡδονῶν ἀπέχεσθαι, εἰ μέλλοιεν τὴν περὶ τὰ ὄντα γινῶναι
ἀλήθειαν. οὐ γὰρ σωματικοῖς αὐτὴν ὀφθαλμοῖς οὐδὲ φαντάσμασιν ἐξ αἰ-
σθήσεως εἰλημμένοις, ἀλλὰ νῶ μόνῳ καὶ τῷ λογίζεσθαι τῆς ψυχῆς ὡς 20
οἶόν τε τοῦ σώματος ἀπολυομένης γινώσκεσθαι. πρὸς δὲ τοῦτο μέγα τὴν
ἡδονὴν ἐμπόδιον εἶναι, μάλιστα μὲν πᾶσαν, εἰ δὲ μή, τὴν γε τῶν ἀφρο-
B 78^v δισίων. καὶ αὐτὸν ἐν ἀγαμίᾳ καὶ σωφροσύνῃ διαζῆσαι διὰ τὸν περὶ τὴν
τῆς ἀληθείας κτῆσιν ἔρωτα ἐναντίως τοῖς τότε κρατοῦσι νόμοις καὶ τῇ
κοινῇ δόξῃ τοῦ πλήθους ἀναγκαζούσῃ πάντας καὶ μὴ βουλομένους ἀγα- 25
γέσθαι γυναῖκας ὡς τῇ φύσει διὰ τῆς παιδοποιίας τὸν ἀναγκαῖον λειτουρ-
γήσοντα φόρον. δι' ὃ καὶ τῇ φύσει φασὶν αὐτὸν ἰλασκόμενον αὐτὴν καὶ τοὺς
νόμους θυσιάζειν, ὡσπερ ἂν εἰ κατὰ τοῦτο ἡμάρτηκεν. τί τις μεῖζον ταύτης
τῆς μαρτυρίας ζητήσειεν ἂν; τίς ἔτι τολμήσειεν ἂν ἀκολασίαν καὶ ἡδονῶν
ἀκρασίαν Πλάτωνι ἐγκαλεῖν, ὃν σωφρονέστατον, ὃν ἀγαμον Λύγουστίνος 30
κηρύττει;
- 16 Φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ νέον ἔτι ὄντα οὕτως αἰδήμονα καὶ κόσμιον εἶναι,
ὡς μηδέποτε ὀφθῆναι ὑπεράγαν γελῶντα. ἀμισθὶ τε αὐτὸν τοὺς φοιτῶντας
πάντας διδάσκειν καὶ μηδένα παρὰ μηδενὸς μισθὸν δέχεσθαι κοινῇ πάντες
ἱστοροῦσιν. ὀργῆς τε καὶ θυμοῦ οὕτως κεκρατηκένοι, ὡς πρὸς τὸν θερά- 35
ποντα ἡμαρτηκότα τι· μεμαστιγῶσο ἂν, εἰπεῖν, εἰ μὴ ὠργιζόμεν. καὶ ἄλλοτε
πρὸς Ξενοκράτην εἰσελθόντα· »μαστιγῶσαι, εἰπεῖν, τὸν παῖδα. αὐτὸν γὰρ

13/31 ἀνάγνωθι — κηρύττει U^x *in marg.* B V M *in textu* | 17 φοιτητὰς B V M] U^x *corr.* *ex* ἀναισθητὰς | 28 ἀγαμίᾳ B V M] U^x *corr.* *ex* παρθενίᾳ | 29 ἀκολασίαν U ἀκολασίας B V | 30 ἀκρασίαν U ἀκρασίας B V | ἀγαμον] U *add.* U^x *del.* B V M *om.* ὃν παρθένιον

B cf. Plat. Phaed. 81. | 8 cf. Macrobi. Saturnal. II. 8, 5--9. | 16 cf. Aug. De Vera Religione III. (Migne P. lat. 34, 124 sq.) | 36 cf. Diog. Laert. III. 26. n. 38 (ed. Cobet p. 77).

nullam aliam sentirent voluptatem nisi earum rerum, quas discerent.« Ita fiebat, ut Academiam colentes ceteris omnibus curis omissis dumtaxat philosophiae vacarent. Quo certe pertinere videtur Platonis illa descriptio, qua philosophiam definit esse mortis meditationem, atque illud quoque, 5 quod in Phaedone scriptum est, debere philosophum mortem expetere. Neque enim ista significant expetendam esse animae dissolutionem a corpore, antequam praestitutum a deo tempus advenerit, quod Plato nefas esse dicit, sed debere quemquam animum ab hac mole corporea et vitiis hinc atque hinc scaturientibus erigere et, quantum fieri potest, omni contagione 10 carnis sequestrata in sola profundissimarum rerum contemplatione versari.

Legat, qui velit, Macrobii librum de Saturnalibus et bipartitam hanc 15 mortis divisionem invenietur, ut altera natura accidat, altera ex virtute proficiscatur, quam praecipit a Platone confirmat eamque esse, cum animus adhuc iunctus cum corpore voluptates corporis respicit, ex omnibus vitiis 16 rum vinculis solutus ad nobiliora erigitur studioque ad superiora et natura sua digna sublimis evehitur. Legat praeterea sapientissimum virum et vere divinum Aurelium Augustinum, cuius dumtaxat gravissimo firmissimoque testimonio omnia ineptissimi obiurgatoris convitia et maledicta debilitari, dissolvi, infringi, reiici possunt et longe quidem facilius quam 20 tela aranea rapidissimo venti fragore dirumpi. Nec certe sine admiratione vel legi vel audiri possunt, quae a tanto viro dicuntur. Libro namque de Vera Religione Platonem scribit discipulos suos docere solitum, ut a venereis voluptatibus abstinerent persuasumque sibi haberent veritatem non corporeis oculis aut sensu aliquo, sed sola mentis puritate videri, ad quam per- 25 cipiendam nihil magis impedimento esse quam vitam libidinibus deditam et falsas imagines rerum sensibilium, quae nobis per corpus imprimuntur. Itaque sanandum imprimis esse animum ad percipiendam incommutabilem rerum formam et eodem modo semper se habentem atque omni ex parte sibi similem pulchritudinem. Ipsum praeterea Platonem vitam caelibem ac 80 castam semper vixisse, propter quod usque adeo timuisse perversam temporum suorum opinionem, ut sacrificasse naturae perhibeatur, quasi peccatum expiare vellet, quod liberos non procreasset. Sic Augustinus de Platone refert. Quo testimonio quid amplius dici, quid certius potest? Quis enim excepto adversario tam improbus tanquam ab omni verae rationis cogitatione 85 remotus sit, ut Platonem incontinentem aut libidinosum fuisse existimet, quem Augustinus, cum de Vera Religione scriberet, in exemplum castitatis adduxit?

Legimus etiam Platonem ab ipsis iam inde incunabulis usque adeo 16 modestum et gravem fuisse, ut raro subridere, ridere nunquam visus sit. 40 Mercedem a nemine unquam ex iis, quos docebat, exegit ultro etiam oblatam respuens. Irae tam continens fuit, ut ne in servos quidem unquam, quod inauditum est, vel fecerit quicquam vel dixerit iratus. »Virgis, inquit, aliquando te caederem, nisi iratus essem.« Et rursus, cum quidam

- μη δύνασθαι διὰ τὸ ὀργίζεσθαι. α γαστρός τε οὕτω κρείττων γενέσθαι μαρτυρεῖται, ὡς μη μόνον τρυφήν παῖσαν καὶ πλησμονὴν καὶ ἀδηφαγίαν κατα-
 V 169^v πτύσαι καὶ τὸ δὶς τῆς ἡμέρας, ἧ φησιν αὐτὸς περὶ Συρακουσίων, ἐμπι-
 πλάσθαι, ἀλλὰ καὶ τοσοῦτον μόλις τροφῆς ἄπτεσθαι, ὅσον ἀποζῆν. ἐλάαις
 ταῖς ἐν Ἀκαδημίᾳ γινομέναις καὶ ἄρτω λιτῷ καὶ ποτῷ θεῷ νήφοντι χρῆσθαι. β
 οἷς ἐπόμενον ἦν καὶ ὕπνου ὡς μετριωτάτου αὐτόν τε μεταλαγχάνειν καὶ
 U 106^v ὅσον χρήσιμον πρὸς ὑγίειαν. τοῖς τε ἄλλοις παραινεῖν ἐν τῷ τῶν Νόμων
 ἐβδόμῳ νύκτωρ ἐγειρομένους τὰ τε πολιτικὰ τὰ τε ἴδια πράττειν. τὸν γὰρ
 πολὺν ὕπνον μήτε τοῖς σώμασι μήτε ταῖς ψυχαῖς ἀρμόττοντα κατὰ φύσιν
 εἶναι. »οὐδένα τε καθεύδοντα οὐδενὸς ἄξιον εἶναι, οὐδὲν μᾶλλον τοῦ μὴ 10
 ζῶντος«. ἀλλὰ τὸν τοῦ ζῆν ἄμα καὶ τοῦ φρονεῖν κηδόμενον καὶ ἐγρηγο-
 ρέσαι δεῖν »χρόνον ὡς πλεῖστον, τὸ πρὸς ὑγίειαν αὐτῷ μόνον φυλάττοντα
 χρήσιμον«. ταῦτα αὐτῷ πάντες Ἕλληνες, ταῦτα Λατῖνοι ξύμπαντες μαρ-
 τυροῦσιν, ἀ μῆκιστον ἂν τὸν λόγον ποιήσειεν, εἴ τις πάντα βούλοιο λέγειν.
 εὐρήσετε ταῦτα, ἄνδρες Λατῖνοι, ἐν πολλοῖς τῶν τοῦ ὑμετέρου Κικέρωνος, 15
 B 74 ἀνδρὸς σοφωτάτου, τῶν Μακροβίου, τῶν Γελλίου, τῶν Ἀπουληίου, τῶν
 Κιντιλιανουῦ. ἀνάγνωτε Σένεκαν, ἄνδρα φιλοσοφώτατον, ἄνδρα σπουδαιότα-
 τον, ἠθικώτατον, πάσῃ κεκοσμημένον ἀρετῇ. εὐρήσετε ὅσα ἐν ταῖς πρὸς
 Λουκίον Ἐπιστολαῖς, ὅσα ἐν τῷ περὶ Ὀργῆς, ὅσα ἐν ταῖς ἄλλοις αὐτοῦ
 μεμνημένος σποράδην τοῦ Πλάτωνος ἐπαινεῖ αὐτόν καὶ θαυμάζει καὶ ὡς 20
 παραδείγματί τε καὶ ἀρχετύπῳ τῶν ἀρετῶν Πλάτωνι χρῆται. εἰ δὲ καὶ
 Λύγουστῖνον καὶ Ἰερώνυμον, τοὺς οὐ σοφία μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀγιωσύνη
 προέχοντας, ταῦτά ταῦτα περὶ Πλάτωνος εἰπόντας ἔστιν ἰδεῖν, τί τις ἂν
 ἔτι περὶ τοῦ Πλάτωνος σώφρονος βίου καὶ τῆς σεμνῆς αὐτοῦ ἀμφισβήτη-
 σαιε πολιτείας; ἀλλ' ὁ μὲν Πλάτων τοιοῦτος μὲν ἐξ ὧν εἶρηκε, τοιοῦτος 25
 δ' ἐξ ὧν ἐβίου, φαίνεται τε καὶ ἐστίν. ἠμφισβήτησε δ' ὅλως οὐδεὶς πλὴν
 U 107 τουτουῖ τοῦ συκοφάντος. ἡμῖν τε ταῦτα ἀρκέτω πρὸς τὴν καθ' αὐτὸ δεῖξιν
 τῆς τοῦ ἀνδρὸς περὶ πάντα ὑπεροχῆς.

Κεφ. β' Περὶ ἔρωτος καὶ τῆς διχορραῖς αὐτοῦ.

- 2,1 Καιρὸς δὲ λοιπὸν πρὸς τὰ κατὰ μέρος ἐγκλήματα τοῦ κατηγοροῦ 30
 V 170 τραπέσθαι καὶ τὰ εἰκότα πρὸς ταῦτα ἀπολογίσασθαι. ἐπεὶ οὖν ἔρωτα καὶ
 παιδεραστείαν αὐτῷ ἄνω καὶ κάτω ἐγκαλεῖ καὶ τὴν μυσάρην ταύτην καὶ
 αἰσχίστην ἡδονὴν αὐτῷ προφέρει, ὡς δὴ τὸν αἰσχίστον ἔρωτα ἐρῶντι καὶ
 τῇ βδελυρίᾳ ταύτῃ ἐνεχομένῳ, ὥσπερ ἂν εἰ μὴ καὶ ἐρᾶν — καὶ σεμνῶς ἐστὶν
 ἐρᾶν — ἐξείη, περὶ αὐτοῦ τοῦ ἔρωτος πρότερόν τινα εἰπεῖν ἀναγκαῖον. ὡς 35

2 τρυφήν U V τροφήν B M | 16 Γελλίου B V Ἀγελλίου U | Ἀπουληίου | Ἀπουλείου
 could. | 27 συκοφάντος B V M καθάρματος U

10 cf. Plat. Legg. VII. 808 b.

28 Cic. Tusc. Disp. I. 32.